

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

Christopherson, John

[Köln], 1569

De Lucifero & Eusebio Occidentalibus episcopis, & quòd Eusebius simul
cum magno Athanasio reliquisq[ue] episcopis, concilio Alexādriæ
cōuocato, Nicænam fidem corroborarunt, spiritū sanctum eiusdem ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-12718

De Lucifero & Eusebio Occidentalibus episcopis,
 & quod Eusebius simul cum magno Athana-
 sio reliquisq; episcopis, concilio Alexандriæ cō-
 nocato, Nicenam fidem corroborarunt, spiritu
 sanctum eiusdem esse cum patre & filio natu-
 rae decernentes, & quid de substantia & sub-
 sistentia constituerint. CAP. XI.

Post redditum Athanasij, Lucifer Carallorum, quod est
 oppidū Sardiniae, episcopus, & Eusebius Vercellarū,
 quæ est vrb̄ Liguriæ in Italia, ex Thebis superio-
 ribus reuerterunt. Nam ibi, regnante Constantio, in p̄sp̄
 tuo exilio etatem degere iussi fuerant. Eusebius autē, quod
 res ecclesiæ cōmuni cōsensu corrigerentur, cōcessit Alex-
 andriam, ut concilium vnā cum Athanasio ad decreta cō-
 cilij Nicenī stabiliēda cogeret. Lucifer verò, diacono vnā
 cum Eusebio, qui pro se concilio interesset, mislo, Antio-
 chiam, quoniā ecclesia illa iam tumultibus perturbata erat,
 (nam & Ariani, quorum antistes fuit Euzoius, inter sedi-
 vii sunt, & fautores quoque Meletij, vt antè dissenserimus,
 à suæ opinionis & doctrinæ hominibus dissenserunt) rectâ
 proficisciatur; ibiq; cum Meletius nondū reuertisset ab exi-
 lio, Paulinum designauit episcopum. Interim multi mul-
 tarum ciuitatum episcopi Alexandriæ vnā cum Athanasio
 & Eusebio congregati, decreta concilij Nicenī confirmat.
 Spiritum sanctum patri & filio consubstantialem confi-
 tentur, & trinitatem nominant: quinetiam docent omni-
 bus credendum esse, hominem, quem Deus verbum affum-
 p̄lit, & corpore & animo perfectū esse, quemadmodū veteri-
 bus ecclesiæ & sapientib; patribus ita placuit. Ac quoniā
 cōtrouersia de substantia & subsistentia ecclesiæ turbabat,
 crebræ de his vocibus contentiones disputationesq; orie-
 bantur, idcirco valde sapienter, mea quidē sententia, decre-
 tum est, ut statim ab initio, cum de Deo esset sermo, hiscæ
 vocabulis minimè quisq; vteretur, nisi cum Sabellii opini-
 onem fortè conaretur refellere: ne inopia verborum eandē
 personā videretur tribus nominib; appellare, sed triplici fa-
 da distinctione, vnamquāq; separatiū cogitatione com-
 plecteretur.

S O Z O M E N I H I S T O R.

plecteretur. Atq; hæc quidé isto modo ab episcopis Alex-
andriæ coactis decreta sunt. Apud quos quidé episcopos
Athanasius, quò se de fuga purgaret, librū, quem de eare
scripsérat, recitauit.

*De Paulino & Melcio Antiochenis episcopis, &
quod Eusebius & Lucifer inuicem dissidebant,
& quod Eusebius & Hilarius Nicenam fidem
propugnabant.* C A P . X I I .

HOC dimisso cōcilio, Eusebius profectus Antiochiæ, populu dissentione distractū repperit. Nam qui faue-
bant Meletio, in vnum cum Paulino conuenire nolu-
ere, sed separatim egere conuentus. Et quanquam Eusebi-
us grauiter & iniquo animo patiebatur, q Paulinus cōtrā
quā oporteret, absq; omniū consensu creatus fuerat epi-
scopus, nequaquā tamē Luciferū apertè incusauit, ne quid
de eius fama detraheret, sed se ab vtriusq; partis cōmu-
nicione téperans, pollicitus est ea se in cōcilio correcturū, que
vtrisq; offensioni esse viderentur. Ac dum populū ad con-
cordiam adducere studebat, Meletius ab exilio reuersus,
cum suæ opinionis fautores ab alijs segregatos offendis-
set, seorsum cum his extra vrbē, Paulinus aut̄ cū suis intra
vrbē conuentus egit. Nā hunc, vtpote mansuetū, & ob piā
vitæ institutionē, & tateque prouectā planè venerandū, Eu-
zoius sectæ Arianæ antistes minimè ex vrbe reiecerat, sed
vnā ei tribuerat ecclesiā. Eusebius aut̄, cū quod aīo institu-
erat, neutiquā consecutus sit, decessit Antiochia. Lucifer
verò se ab eo propterea contumelia affectū ratus, q Pauli
ordinationē minimè approbauerat, grauiter succensuit, &
cū eo cōmunicare recusauit, & decreta cōciliij Alexadrini,
velut ex cōtentione nata, insimulare aggreditur: q res vna
causa & origo fuit sectæ eorū, qui ab eius nomine Lucif-
eriani vocabantur. Nā qui vnā cū illo his de rebus grauiter
offendebātur, se ab ecclesia separarūt. At ille ipse, licet aīo
alienato & cum primis offenso esset, tamen cum per dia-
num, quem vnā cū Eusebio miserat, confessus sit se decre-
tis conciliij Alexandrini editis staturū, ecclesiae catholicae
coſentiens, Sardiniam reuertitur. Eusebius aut̄ régiones
Orientis peragrans, eos qui fidē contempserant, in redi-
viam.